

(1270) 1271, març, 3

*Perpinyà Duran, de Figueres, capbreva a l'abadessa Berenguera de Sant Daniel una feixa de terra situada a Figueres.*

ASD núm. 212, perg. orig., 90 x 155 mm. Còpia: Llibre 11, f. 268v.

Sit cunctis notum quod ego Perpinianus Durandi de Ficulneis, per me et per omnes meos confiteor et recognosco tenere pro uobis domina Berengaria Dei gratia abbatissa Sancti Danielis Gerunde et monasterio uestro in perpetuum illam feixiam terre de Linars que est in parrochia de Ficulneis et eam emi a Mascharosio de Ortallo et domina Ermesende uxore eius, et affrontat ab oriente in terra Petri Ramonel et a meridie in recco et ab accidente in honore meo et a circio in terra Raimundi Forner de Uillabertrando, pro qua predicta feixa terre promito uobis et monasterio uestro dare annuatim pro censu duos solidos et medium barchinonensis monete ternalis in festo Natalis Domini, et propter hoc obligo uobis dictam feixiam terre.

Actum est hoc .v. nonas marcii anno Domini .Mec. septuagesimo.

Sig+num Perpiniani Durandi predicti, qui hoc firmo et laudo. Testes huius rei sunt Berengarius de Cistella, clericus Gerunde, et Iacobus Alamanni de Ficulneis. Sig(s. man.)num Arnalli de Oliuis qui hoc scripsit mandato Raimundi Benedicti, notarii subscripti.

Sig(s. man. )num Raimundi Benedicti, publici notarii uille regalis de Ficulneis, qui hoc subscripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 447